

et Galerius, item insecuti imperatores omnes, praenomine abstinere maluit. — 3) Res publica coloniae Ucitanorum maiorum.

691 restitutori libe[r]tatis | et conservatori t[errar. orbis] | d. n. Flavius Val. Cons[tantino] victoriosissimo et m[aximo] | Aug., Iulius Iuvenal[is] | rat. Numidiae et Mau[reta]niarum d. n. m. q. ei[us].

Cirtae (Constantine) (VIII 7010, vidit Wilmanns).

692 d. n. restitutori humani generis, propagatori imperii dicionisque Romanae, fundatori etiam securitatis aeternae, Fl. Val. Constantino felici maximo pio semper Augusto, filio divi Constanti semper et ubique venerabilis¹, C. Caecionius Rufius Volusianus² v. c. consul ordinarius, praef. urbi vice sacra iudicans, numini maiestatiq. eius dicatissimus.

Romae ad forum Traiani (VI 1140 semel descripta saec. XV versibus non divisis). — 1) Scribendum venerabili putat He. — 2) Consul ordinarius fuit a. 511, iterum a. 514, praefectus urbi inde a d. 28 Oct. a. 510 usque ad d. 28 Oct. 511, praefectus urbi iterum a d. 8 Dec. a. 515 usque ad d. 20 Aug. 515; in hac praefectura titulus positus est.

693 [imp. Cae]sa[r. | divi Const]anti | [filio Flavi]o Vale[rio] Constantino | p. f. invicto Aug. | cons. III¹, imp. VIII, | p. p., procons., | liberatori rei Romanae. | M. p. XI . . .

In agro Hirpinorum prope S. Sossio, columna miliaria viae Herculiae, cf. supra ad N. 670 not. 2 (IX 6060 = X 6965). Similes sunt lapides IX 6065 = X 6970. IX 6028. 6038. 6076. 6077. X 6952. — 1) Consul tertium processit Constantinus a. 515, consul quartum a. 515; unde huius tituli aetas definitur.

694

1.

imp. Caes. Fl. Constantino maximo
p. f. Augusto s. p. q. R.,
quod instinctu divinitatis¹, mentis
magnitudine, cum exercitu suo
5 tam de tyranno² quam de omni eius
factione uno tempore iustus
republicam ultus est armis,
arcum triumphis insignem dicavit.

2.

liberatori urbis

4.

sic X sic XX

3.

fundatori quietis

5.

totis X³ totis XX

Romae in celeberrimo arcu triumphali qui extat inter montem Palatinum et amphitheatrum Flavium (VI 1159). Legitur 1. in utraque fronte arcus, 2. 5. intra ianum ex tribus medium, 4. 5. in lateribus arcus. — 1) Opinionem nonnullorum verba instinctu divinitatis reposita esse in litura loco aliorum verborum erasorum (nutu Iovis o. m.), refellit de Rossi bull. di arch. crist. 1865 p. 58 (cf. bull. dell' Inst. arch. 1865 p. 184). Idem l. c. docte disputat de ipsis verbis, instinctu divinitatis.